

rhombi clariorem, α. Licates, pridie Id. Decemb. cum Sole
ascendentem, II X. verò Kal. Martii, rursus, cum eodem oc-
cidentem, habent.

TABULA XVIII, Lit. S.
EQUUS MINOR.

Equus prior, Equuleus, ΤΟΜΗ Τῆ Ἰππῶς τῆ ἐλάσσονος, *Pro-*
clo Προτομή τῆ ἰππῶς, *Sectio Equi.*

DIARTHROSIS.

1	α		I	<i>N</i> capite duarum præcedens.	} 4 } 4 } differentia.
2	β		I	<i>S</i> equens.	
3	γ			<i>I</i> n rictu ἐν τῷ ῥύγχει duarum antecedens.	
4	δ			<i>S</i> ubsequens.	

De natura Martis & Jovis.

ε. *Rictus Pegasi. ζ. Delphinus.*

Astrum hoc tabularum auctores, lumine obscuro, minùs rectè nebuloso, tradunt; non enim ut Φάινη in dodecatemorio Leonis, Galaxiæ comparari potest. Astrum autem corpus est, ex distantibus certisque & definitis stellis σωμαμόριον, ut Pegasus, Capricornus, Eridanus: Aster verò ἠνωμόριον, vel ut Conon Mathematicus ait, ὑπὸ μίαις ἕξεωσ, uno spiritu contentum, ut Sol, Mercurius, Luna, quem Paulus I. C. L. 23. in rem §. Item quæcunque, D. de rei vind. statux attribuit. Corpora quæ trium generum esse referuntur, ἠνωμόρια, σωμαμόρια, διεσῶτα, Pomponius lib. 30. ad Sabinum explicavit. Eadem Achilles Statius, in Aratum ex Conone retulit, ubi ἕξιν, spiritum quo corpus continetur, significare patet, ἕσι ἢ ἕξις πνεῦμα σώματος σωμακλικόν. Plura interpretes Dionysii Theologi, & Boetius I. *Arith.*

G

Duo